

**7861** C. Iulius Can|didus lib.<sup>1</sup> Samiari | Quintiani salutem. | Cum petieritis a me, | ut si cui quid vestrum | humanitus acciderit, | is in locum qui est in | fundo Aesciniano meo | intrantibus a via parte | laeva a monumento tes|tacio per longitudine (*sic*) | pedum CLXXV, latitudin. | a maceria introrursu (*sic*) | pedum XXV inferatur, | id ius concedere me | hac epistula notum | vobis facio. Bene valere | vos cupio. | Data XIII k. Iulias in hortis | Statiliae Maximae<sup>2</sup>, | Ceonio Commodo et | Civica Pompeiano cos.<sup>3</sup> | Samiaris Doryphorion.<sup>4</sup>

*Romae (VI 40242 cf. p. 3502 vidit Henzen).* — 1) *Libertis.* — 2) *Femina ut videtur nobilis, praeterea ignota.* — 3) *A. p. Chr. 136.* — 4) *Intellege Samiariis (i. e. Samiarii Quintiani libertis) ab uno eorum, Doryphorione, hunc titulum donatum, vel etiam ipsam sepulcri donationem impetratam esse. Idem Q. Samiarius Doryphorion memoratur VI 25357.*

**7862** C. Licinius D. I. | Hilarus mag. III, | familiae et conli.<sup>1</sup> | Liciniae C. f. Pollae<sup>2</sup> | cippos d. d. | In f. p. XII, in ag. p. XXIV.

*Romae (VI 33428 = Bull. comunale 1899 p. 69 n. 30).* — 1) *Conlibertis.* — 2) *Eiusdem feminae alii liberti VI 21270.*

**7863** d. m. s. | Spendusae | vixit m. V d. XXVI, | Spendo Torquatian.<sup>1</sup> | et Primigenia filiae | dulcissimae fecer., | loc. dat. a dominis et | decurionib.<sup>2</sup> | Nerone III | Messalla cos.<sup>3</sup>

**7864** Volusiae Primae | coniugi karissimae | Epaphroditus Q. n.<sup>4</sup> disp., | et | Volusiae Olympiadi, | et Epaphroditus filius, | Epaphrodito | Q. n. dis.<sup>5</sup> (*lupa cum gemellis*). | Locus d.<sup>6</sup> a Quinto n. (*In latere sinistro*) Prima vix. ann. XX m. IX d. XXIV, | posit. XII k. Novemb. Fulvo et Atratino cos.<sup>7</sup> | (*In latere dextro*) Olympias v. ann. XXV m. X d. V. (*In parte ima eiusdem lateris*) vix. an. XLI<sup>8</sup>, ob. imp. Nerva III cos.<sup>9</sup>

**7865** Abascant[o] | qui fuit Q. [π.] | a frument[o], | vix. ann. X. . | Volusia Ac. . . . | coniugi | bene merenti et sib[i]. | Permissu decurio[rum]. (*In postica*) dis Manibus.

*Romae, N. 7863 certe rep. ad viam Appiam ubi fuit monumentum Volusiorum, cf. N. 7405 (VI 7303. 9326. 9423 primam vidit Henzen, secundam de Rossi, tertiam Bormann).* — 1) *Cf. N. 7446 not. 4.* — 2) *Cf. N. 7448 fin.* — 3) *A. 53.* — 4) *Quinti nostri, cf. N. 7406<sup>c</sup>.* — 5) *Dispensatori. Videtur esse is qui antea titulum dedicaverat Primae et Olympiadi, postea ipse ibidem sepultus.* — 6) *Datus.* — 7) *A. p. Chr. 89.* — 8) *Videtur hoc spectare ad Epaphroditum.* — 9) *A. 97.*

**7866** Titurus | Galer.<sup>1</sup> atr.<sup>2</sup>, | Salvius | Philot.<sup>3</sup> top.<sup>4</sup>, | Antigonus | patern.<sup>5</sup> top., | Alexander | Amynt.<sup>6</sup> atr., | decurion., | pavementum in ossar. | et numeratos  $\text{Ξ}^7$  XXCI | d. s. p. d. | Cosso Cornelio L. Pisone cos.<sup>8</sup>

*Romae, iam in insula Baleari maiore (VI 8738 vidit Huebner).* — 1) *Galerianus (Galerii alicuius servus fuerat antea).* — 2) *Atriensis.* — 3) *Philotianus.* — 4) *Topiarius.* — 5) *Paternus.* — 6) *Amyntianus. Servi Amyntiani etiam VI 40395.* — 7) *Denarios.* — 8) *A. u. c. 753.*